

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37

[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]

Beatus Hieronymus presbiter: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6715)

In illo tempore dicitur
de verbis dicitur & y
m. Erige
paulus & sa
pientes & scribas
& ex illis occidatis
in synagogis

HIERON.
DE DUPTA LE.

¶ Q C E E Q O
mitto ad uos pphetas
et sapientes & scribas.
ex illis occidatis & cruci-
fictis. & ex eis flagellabi-
tis in synagogis ur̄is. et perse-
quemini de ciuitate in ciuita-
tem. Hec quod antea dixeram.
uos implete mensuram patrum
ur̄orum. ad personam d̄ni per-
tinere eo quod occidendus
esset ab eis. potest & ad disci-
pulos eius referri. de quibus
nunc dicit. Ecce ego mitto
ad uos pphetas & sapientes &
scribas. & ex illis occidatis et

crucifigetis. & ex eis flagellabi-
tis in synagogis ur̄is. & perse-
quemini de ciuitate in ciuita-
tem. ut compleatis mensuram
x. patrum ur̄orum. Simul que
obserua iuxta apostolum scri-
bentem ad corinthios. uaria
esse dona discipulorum xp̄i.
Alios pphetas qui uentura pre-
dicant. alios sapientes. qui no-
uerint quando debeant pro-
ferre sermonem. alios scribas
in lege doctissimos. Ex quib-
lapidatus est stephanus. pau-
lus occisus. crucifixus petrus.
flagellati in actibus apostolo-
rum discipuli. & persecuta sum
eos de ciuitate in ciuitatem.
expellentes de iudea. ut ad
gentium populum transmi-
x1. grarent. Vt ueniat super uos
omnis sanguis iustus. qui effu-
sus est super terram. a sangui-
ne abel iusti. usque ad san-
guinem iachariae filii bara-
chiae. qui occisus est inter
templum & altare. De abel
nulla est ambiguitas. quoniam

is sit quem cain frater occiderit. Iustus autem non solum ex dñi nunc sententia. sed ex genesis testimonio comprobatur. ubi accepta eius ad eo narrantur munera. Querimus qui sit iste hacharias filius barachie. quia multos legimus hacharias. & ne libera nobis tribuatur erroris facultas. quem occidit inter templum & altare. In diuersis diuersa legi. & **xii.** de beo singulorum opiniones exponere. Alii hachariam filium barachie dicunt. qui in duodecim prophetis undecimus est. patrisque nomen in eo consentiat. Sed ubi occisus est inter templum & altare scriptura non loquitur. maxime cum temporibus eius. uix ruine templi fuerint. Alii hachariam patrem iohannis intelligi uolunt. ex quibusdam apocryforum somnus approbantes. quod propterea occi-

ditus. qui lauatores predicaret aduentum. Et hoc quia de scriptura non habet iuncturam. eadem facilitate contentum qua probatur. Alii istum uocant esse hachariam qui occisus est a iouis regis iudee inter templum & altare sicut regnum. & in historia. Sed obseruandum quod ille hacharias non filius barachie. sed filius iohannis sacerdotis. Unde & scriptura refert. Non fuit recordatus iouis patris eius ioiadae. qui sibi fecisset bona.

xiii.
DOMINICA

PENTECOSTE

LE. SCI. EV. SEC. LV.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. **B**eati oculi qui uident quae uos uidetis. Dico enim uobis quod multi prophetae & reges uoluerunt uidere quae uidetis. & non uiderunt. Et audire quae